hoc infert damnum Animabus, quibus nec Dei verbum prædicatur, nec Sacramenta cõferunt, vt conuenit. Ex quo infert, ꝙ non eſt abſoluendus Prior Dñicanus, l. Auguſtinia. l. Guardia. Frãciſcanus, q in populis Indorũ ſibi cõmiſsis non habet fratres ſcientiam officij ſui, & peritiam linguarum Indorum habentes, & cum hoc impedientes alios fratres vel Clericos ſcientiam officij, & linguarum Indorum habentes, quia maximum dãnum inferunt Animabus proximorum, dum eos priuant neceſſariis ad ſuam ſalutem. Nec auctoritas Epiſcopi, nec Papę poteſt excuſare, nec diſpenſare ſuper hoc, quia pertinet ad ius diuinum, & naturale in dãnum Animarum. Vide Sil. verbo. Diſpenſatio. §. 3. S. Tho. 2. 2. q. 88. art. fin. ad ſecundum.

34 ¶ Scito tamen, ꝙ ſi beneficium curatum habet indignus, non tenetur renũtiare, ſed procurare, vt bene regatur, nam dato commiſſum ſit peccatum mortale in tali diſtributione, tamen quia iam nõ periclitatur diſtributio beneficij curati, ſed res diſtributa, ſcilicet ipſum beneficium, putà Epiſcopatus, vel cura Animarum, & poteſt prouidere de adiutore, ideo dicit Victo. 2. 2. q. 185. quod nõ

tene